Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

libertas ab omni malo. Jllos enim locuſtarum et
muſcarum occiderunt morſus: et non eſt inuenta ſa/
nitas anime illorum: quia digni erant ab huiuſmodi
exterminari. Filios autem tuos nec draconum nec ve
natorum vicerunt dentes. Miſericordia enim tua adueni
ens ſanabit illos. Jn memoria enim ſermonum tu
orum exterminabantur: et velociter ſanabantur: ne in al/
tam incidentes obliuionem non poſſent tuo adiutorio
vti. Etenim neque herba neque malagina ſanauit
eos: ſed tuus domine ſermo qui ſanat omnia. Tu es domine qui
vite et mortis habes poteſtatem: et deducis ad
portas mortis et reducis. Homo autem occidit qui/
dem per maliciam animam ſuam: et cum exierit ſpiritus non re
uertetur nec reuocabit animam que recepta eſt: ſed tuam
manum effugere impoſſibile eſt. Negantes enim noſ
ſe te impii per fortitudinem brachii tui flagellati
ſunt: nouis aquis et grandinibus et pluuiis perſecucionem
paſſi: et per ignem conſumati. Quod enim mirabile erat:
in aqua que omnia extinguit plus ignis valebat. Vin
dex eſt enim orbis iuſtorum. Quodam enim tempore manſue
tabatur ignis ne comburerentur que ad impios miſſa
erant animalia: ſed vt ipſi videntes ſcirent quoniam dei iudi/
cio paciuntur perſecucionem. Et quodam tempore in aqua ſupra
virtutem ignis exardebat. Vndique: vt iniquam terre
nacionem exterminaret. Pro quibus angelorum eſca
nutriuiſti populum tuum: et paratum panem de celo preſti
tiſti illis ſine labore omne delectamentum in ſe ha
bentem: et omnis ſaporis ſuauitatem. Subſtancia enim
tua dulcedinem tuam quam in filios habes oſtendebas:
et deſeruiens vniuſcuiuſque voluntati ad quod quiſque
volebat conuertebatur. Nix autem et glacies ſuſtine
bant vim ignis et non tabeſcebant: vt ſcirent quoniam
fructus inimicorum exterminabat ignis ardens in
grandine et pluuia coruſcans. Hoc autem iterum: vt
nutrirentur iuſti. Ignis eciam ſue virtutis oblitus
eſt. Creatura enim tibi factori deſeruiens exardeſcit
in tormentum aduerſus iniuſtos: et lenior fit ad bene
faciendum pro hiis qui in te confidunt. Propter hoc et tunc
omnia transfigurata omnium nutrici gracie tue de
ſeruiebant ad voluntatem eorum qui a te deſiderati
ſunt: vt ſcirent filii tui quos dilexiſti domine: quoniam non na
tiuitatis fructus paſcunt homines: ſed ſermo tuus
hos qui in te crediderint conſeruat. Nam quod enim ab igne
non poterat exterminari ſtatim ab exiguo radio
ſolis calefactum tabeſcebat: vt notum omnibus
eſſet: quoniam oportet preuenire ſolem ad benediccionem
tuam: et ad orientem lucis te adorare. Jngrati enim
ſpes tanquam hibernalis glacies tabeſcet: et diſpe/
riet tanquam aqua ſuperuacua Capitulum xvii.

Magna ſunt enim iudicia tua domine: et in
enarrabilia verba tua: propter hoc indiſci
plinate anime errauerunt. Dum enim
perſuaſum habent iniqui poſſe dominari
nacioni ſancte: vinculis tenebrarum et longe noctis
compediti: incluſi ſub tectis: fugitiui perpetue prouiden
cie iacuerunt: et dum putant ſe latere in obſcuris pec
catis tenebroſo obliuionis velamento diſperſi ſunt
pauentes horrende: et cum admiracione nimia pertur
bati. Neque enim que continebat illos ſpelunca ſine ti/
more cuſtodiebat: quoniam ſonitus deſcendens perturba
bat illos: et perſone triſtes illis apparentes pauo/
rem illis preſtabant. Et ignis quidem nulla vis pote
rat illis lumen prebere: nec ſiderum limpide flamme il
luminare poterant illam noctem horrendam. Appa/
rebat autem illis ſubitaneus ignis timore plenus: et
timore perculſi illius que non videbatur faciei eſtima
bant deteriora eſſe que non videbantur: et magice artis
appoſiti erant deriſus: et ſapiencie et glorie correpcio
contumelia. Jlli enim qui promittebant timores et per/
turbaciones ſe expellere ab anima languente: hii cum de
riſu pleni timore languebant. Nam et ſi nichil eos
ex monſtris perturbabat: tranſitu animalium et ſer
pencium ſibilacione commoti tremebundi peribant: et
aerem quem nulla racione quis effugere poſſet ne
gantes ſe videre. Cum ſit enim timida nequicia:
dat teſtimonium condemnacioni. Semper enim
preſumit ſeua: perturbata conſciencia. Nichil enim eſt
timor niſi preſumpcionis adiutorium: prodicio cogi
tacionis auxiliorum. et dum abintus minor eſt ex
pectacio: maiorem computat ſcienciam eius cauſe de
qua tormentum preſtat. Jlli autem qui in potentem
venere noctem: et ab infimis et ab altiſſimis in
feris ſuperuenientem eundem ſomnum dormien
tes: aliquando monſtrorum exagitabantur timore: ali
quando anime deficiebant traductione. Subitaneus
enim illis et inſperatus timor ſuperuenerat. Dein
de ſi quiſque ex illis decidiſſet: cuſtodiebatur in car
cere ſine ferro recluſus. Si enim ruſticus quis erat
aut paſtor aut agri laborum operarius preoc/
cupatus eſſet: ineffugibilem ſuſtinebat neceſſi
tatem. Vna enim cathena tenebrarum omnes erant
colligati. Siue ſpiritus ſibilans aut inter ſpiſſos ar
borum ramos auium ſonus ſuauis: aut vis aque
decurrentis nimium: aut ſonus validus precipitarum pe
trarum: aut ludencium animalium curſus inuiſus: aut
mugiencium valida beſtiarum vox: aut reſonans de